Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in ista eem signa in quibus unitas non creditur. etiam si ipsa unitas significet.
Nota. tm. Aliud enim est unitas. atque aliud signum unitatis. quia signum unitas non est. etiam
cum unitatis signum est. Verum est. Illa igitur signa euidentiorem demonstratio
nem habent. quae et similitudinem quae appropinquant unitati ipsam unitatem manifes
tant. Et dissimilitudinem quae elongant a unitate se non ueritatem. s. signa
tum. Et imaginem unitatis demonstrant. Hoc est. quod quod in isto capitulo demon
strare intendit sicut prius ipse exposuit. quo diuina et celestia. pulchre
et decent non solum similes. s. etiam dissimiles formas et figurationes
demonstrant. Et ne nulla sicut quia existimauerit ipsis diuinis et celestibus
iniuria fiat. si aliquando insertas sacre humiles formationes et quasi ab
eo excellentia remotas et indignas figurent. quemadmodum insertas
Oportet ut estimo. primum exponere. quam quae esse speculati
onem omnis ierarchie estimem et certa. Iudice tempus asserti
onem suam ut prudentem decet. ne in rebus excellentibus et a sensu huma
no remotis. ultra hominis possibilitatem presumere uideretur. dicens ut esti
mo. Nouit enim hoc ipse quod dicebat quam abeo doctus erat quid erat et
sciebat. s. seruabat modestiam dictionis. ut hec humilitate non relatione
quenda et inuenienda ostendet. Oportet igitur ut estimo primum expo
nere. quam quae esse speculationem omnis ierarchie estimam. Quinque
hic primum generaliter considerandum in inductionis legentibus proponit.
quae sequentia capitula singillatim exponet. Primum generalem omnis
ierarchie diffinitionem. secundum unicuique ierarchie utilitatem. tertium
celestium ierarchiarum secundum uisibiles formationes quae in eloquio sacre
pium laudationem. quartum ipsarum formationum et deceptionum
quibus celestes uirtutes significant qualitatem. quintum. qualem ex ipsis quasi
uisibiliter ad inuisibilium declarationem et laudationem proponunt. mens
humana in ipsis uisibilibus oscipe debeat unitatem. hoc est considerare per